



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

14 de Munere, officio, & potestate decurionum, & priuilegiis eorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

in ordinem adlectus est: aliter sequentes non coguntur subire. *l. ut gradatim, de muner. P. l. 4. §. ordine, de legation. P. l. 1. de muneribus patrimoniorum, lib. 10. C. tit. 4. 1.* Verumtamen ordo decurionum non inspicitur, quando legatio discernenda: de primatibus, desiderat personas. *d. §. ordine.* Sic & statuit lex de gradibus magistratum decemuiralis, Magistratibus minoribus ad amplioem honoris gradum, primus ascensus esto. *Cicer. 3. de Legibus. d. l. ut gradatim, §. l. potioribus, de offic. prefet. urb. Cod. l. honor, §. gerendorum, de muner. & honor. P. l. qua utiliter, 47. de negotiis gesti. lib. 3. P. tit. 5. ca. sicut neophytus, 48. distinet.* Videlicet si digni, & idonei sunt, ut diximus, ita enim verum est, honores non ordinationibus, sed potioribus dandos. *Paulus, l. honores, 7. de decurion. P.*

31 ¶ Proxima hinc lex, maioribus honoribus functos, ad minores denotari non oportere, *l. 2. §. 3. quemadmodum ciuit. muner. indicantur, lib. 10. C. tit. 42.* præterquam si aliorum ciuium copia non sit, qui obsequiis ciuilibus fangi nequeant. *d. l. 3. quemadmodum ciuit. muner. a indicantur. l. honor, §. final. l. ut gradatim, §. quoties, de munerib. & honorib.*

32 ¶ Hac pertinet lex, ut decuriones secundum legem municipalem describantur: quod si lex cessat, dignitates erunt spectanda, ut scribantur eo ordine primi, quo quisque eorum, maximo honore in municipio functus sit: postea per gradus, qui secundis. Et mox qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. *l. 1. de albo scriben. lib. 50. P. tit. 3.* Potiores dignitates a principe, quam a municipio concessæ. *l. 2. eodem titul.*

33 ¶ Præteritur & in albo decurionum parer non habenti filios, ceteris paribus. *l. in albo, 9. de decurion. lib. 10. C.* Et idem ordo in dicendis sententiis in consilio decurionum, qui in describendo albo seruandus est. *l. 1. §. fin. de albo scriben. etiam ratione plurium liberorum. l. spurii, 6. de decurionibus.*

De Munere, Officio, & Potestate decurionum, & priuilegiis eorum. Cap. 14.

- 1 Decurionum officium libros memoria componere, iudicare.
- 2 Decurionum decreta qua, & quomodo firma.
- 3 Ambitiosa decreta qua dicuntur.
- 4 Salarium ex publico quando decurionibus constituere permiffum est.

Præceptores a quibus eligi debent. *cod.*  
 5 Decuriones nominant ad munera ut idonei suo periculo.  
 6 Venditio honorum curialium cum decreto decurionum.  
 7 Decurionum alia munera, & onera.  
 8 Domo curiales in ciuitatibus quas habent, tenentur reparare & nouas construere.

- Curialium successio. *cod.*
- 9 Decurionum priuilegia.
- 10 Decurionum in officio delinquentium poena.
- 11 Decuriones habent immunitates ab extraordinariis muneribus.
- 12 Decurionibus locationes agrorum publicorum, & alia prohibita.

¶ **L**auius ↑ Poplicus, in Tacito. Vuolpham. *Lauus, lib. 3. commentar. reip. Rom. ca. 9.* ad ordinem decurionum pertinuisse ait, res gestas, & approbatos auctores describere, quod quidem in urbe pontificibus incumbat. Habebat & album *λεξιλογια:* & librum, in quo iudices & iudicia describebat memoriæ gratia, vocant matricalem. *de albo situ. de albo scriben. in P. l. 50. tit. 3. P. l. si quis, 7. de iuri dict. omn. iudic. in P. l. Symmachus, l. 1. episto. ad Theodo.*

3 ¶ Munus aliud illorum, sententiæ ferre de quibusdam: unde decreta illorum premanant, firma & stabilia, ut quod semel ordo decreuerit, non rescindatur, nisi ex causa, quæ reipublice conducatur. *Callistratus l. quod semel, 5. de decretis ab ordi. facien. l. 50. P. tit. 9. l. nominationum, 45. de decur. l. 10. C. l. aliud est, 121. §. refertur, de reg. iur. P.* Et dum modo legitime & sufficienti numero decuriones conueniant. *l. 2. de decre. ab ordi. faci.* Lege autem municipali cauetur, ut ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. *l. 3. cod. titu. de decret. ab ordi. faci. l. nominationum. 45. de decurio. lib. 10. C. c. qui fuerit, de elect. l. nulli, quod cuiusque vniuersi. nomine P.* Item ne ambitiosa sint decreta eorū, alioquin irrita sunt. *Lambitiosa, de decret. ab ordi. facien. in P. l. 2. de decre. decur. l. 10. C.* Vt & huiusmodi aliorum iudicium sententiæ. *l. fin. si iusto. vel curat. fals. excus. sit lib. 5. C. tit. 63.*

3 ¶ Ambitiosa decreta videntur illa, quæ largiuntur ex publico tunc utilitate publica, & quæ magis ad captandam gratiam, aliorum in fauorem decurionum, qui statuunt, fiant. *l. pres. pronuncia, 12. C. de transact.* Exemplo eorum qui candidati circuibant populū, & suffragia mendicabant vel largitione, vel alio mo-

do, ad obtinendos magistratus, vel honores, ut suo loco de ambitu diximus. ¶ Ita communi iure prohibitum præbere salarium ex publico, sine speciali principis licentia. *l. 1. de preb. salar. lib. 10. C. tit. 36.* Permissum tamen est, decurionibus decretis suis, antistitibus liberalium artium, & medicis, immunitates præbere. *l. 1. de decret. decurion. lib. 10. Cod. & salaria de publico constitueret. l. 4. de decret. decur. vbi vario.* Quod & in professoribus alii literarum, & doctoribus legum receptam est: quibus Constantinus Imperator iubet mercedes & salaria reddi, quo facilius liberalibus studiis, & memoratis artibus multos inlituant. *l. medicos, 6. §. fin. de professio. & medic. lib. 10. C. tit. 52.* Et Vlpianus recte putat, & horum electionem, potius committendam & permitendam ciuibus, quam præfidi prouinciæ, ut quia de illorum personis, in medicorum electione, & suorum agatur periculo. *Vlpian. in l. 1. de decret. ab ordi. facien. P.* multo magis dum de iuuentutis agitur institutione, in quo animæ grauior iactura. *l. sanctimus, C. de episco. & cler.*

¶ Nominant ad certa munera decuriones quosdam, ut idoneos solemner in curiam conuocati, suo videlicet periculo: nam si non nominandum nominauerint, & ipse prouocauerint, apud præfide[m] prouinciæ, & obtinerit, sumtus litis a nominatore recipit. *l. 2. C. de decurion. lib. 10.* alioquin enim is qui nominatus est, si non appellauerit, vel si se non excusauerit, tenetur subire magistratum. Et si aufugerit, requiritur, & captis pignoriibus, seu eius bonis permiffis eis, qui in locum eorum ad munera vocabuntur, coguntur: atque inuenti postea, biennio munus illud, quod refugerunt, subire coguntur. *l. si ad magistratum, 18. de decurio. l. 10. C. l. murileguli, de murileg. l. eod. 10. C.*

¶ Adhuc quoque ordo decurionum, vel maior pars, decretum in venditione rerum immobilium curialium, vel curia, quæ non nisi decurione probante causam venditionis, fieri potest. *l. 1. 2. 3. de prædis decurionum sine decret. non alienand. l. b. 10. Cod. tit. 33. nouella 38. §. perfecterunt, & nouella 87.* alioquin autem filio bona vindicantur alienata, & tantundem. *l. ordine, 15. §. in fraudem, de decurion. lib. 50. P. tit. 1.* Interponunt & decretum in syndico eligendo. *l. nulli, quod cuiusque vniuersi.* conficiunt statuta, quibus tenentur tantum, qui sciuerint, non alii. *l. fin. de decret. ab ordi. fac. P.*

¶ Munera quoque alia decurionatus sunt plura: inter cetera, 7 vt teneantur curia, cui adscripti sunt atque filii eorum inferuire, nec vllam aut sint affectare militiam. *l. qui derelicta, 17. l. ne quis officialium, 38. §. leg. quam prouisum, 51. & l. si quis decurio, 55. de decurio. lib. 10. Cod. l. militariibus, nullum munus vel officium extra municipium capere possint, & retrahantur, l. 1. de decurion. in P. leg. si quis decurion. 16. l. curiales, 25. & l. fabricenses, 22. l. quidam ignamia, 26. l. omnes omnino, 50. l. Alexandrinis, 56. de decurio. l. b. 10. Cod. l. unica, si curial. relicta ciuitate sua habitare maluerit, lib. 10. Cod. tit. 37. l. 1. de priuileg. corporato. urbis Romæ, lib. 11. Cod. tit. 14. nisi in certis priuilegiatis dignitatibus. l. curialibus, 66. de decurio. lib. 10. C. Quinimo & licet diuuiris, seu ei qui præest decurionibus, si prædis defuit copia, propria auctoritate manus iniicere in suum fugientem, vel alibi existentem decurionem, & curia suæ vindicare ad examen cogitoris deducendum. *l. generali lege, 154. de decur. lib. 10. C.* Neque enim per vicarium teneantur, nisi speciali priuilegio muniantur. *l. nullus, 60. de decurio. lib. 20. Cod.**

¶ Singularum quoque urbium curiales, etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerint domos, vel de nouo ædificare coguntur, illic semper munus inferuituri, & auctori proprietariæ ciuitatum frequentiam, *l. singularium, 8. de adificiis priuat. lib. 8. C. tit. 10.* Proinde decedentibus curialibus & succedentibus extraneis curia sibi vindicat quartam partem bonorū, *l. 1. & 2. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. C. tit. 34.* per quam auxilium & opem conferunt ciuitatibus, vel municipiis propriis. *l. fin. de his qui sponte public. munera subeunt, lib. 10. tit. 43.* Quando autem curialibus, curiales filii, vel feminæ curialibus nupte succedunt, vel extranei curiales: tunc in totum nulla deductione quarta facta, siue ex testamento, siue ab intestato succedunt. *l. 2. §. fin. 3. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. Cod. nouella constituit. 28. §. post hac videamus, & §. quoniam vero, & §. que ad §. ad hac quartam, & constituit. 101. §. quod si decurionis cum leg. Inter viuos vero dittractio prædiorum curialium facta, aliam in iure habet considerationem. *l. 1. de imponend. lucratina describ. lib. 10. C. tit. 35.**

¶ Inter priuilegia decurionū, vt facultatibus lapsis alimenta decenti

De Duumuiris. Cap. 16.

decerni permiffum fit. *Hormogen. in l. decurionibus. 8. de decurio. in P. ne torquentur, etfi decuriones esse defierint, in honorem pristina dignitatis, l. fi. de decurio in P. l. 1. C. eod. ne in metallum damnentur, nec in opus publicum, nec ad bellias, nec fustibus cadantur, Martia. in l. 3. de priuil. vetera. lib. 49. P. tit. 18. nec in opus possint adiudicari metalli, nec furca subici, vel viui exuri, nec quoque parentes vel liberi decurionum siue suscepti ante, siue tempore decurionatus sint, l. mors. 9. §. sed enim. §. liberos. Et seq. de pen. in P. l. 1. §. simili, quando appellan. fit, l. pen. ad leg. Corn. de sicar. l. decurionum, Et l. decurionem, de penis, C. l. antepen. Et fin. C. de questio. l. 2. §. in filijs, de decurion. P. l. omnes iudices, 33. eod. C. Et proinde in capitalibus criminibus, relegatione vel deportatione tantum puniuntur. l. inter penas, de interd. dist. vel multa pecuniaria, l. quingues, 57. Et l. eum qui, 58. de decur. lib. 10. C. Adoptiui filii decurionum & hoc gaudent priuilegio, l. cum adoptiuum, 4. de decur. lib. 10. C. Item auis decurionis, ne nepotes decuriones notauit afficiantur, imo & per patrem decurionatum amisso, filius priuilegijs vitur decurionis. Et eodem quoque relegato, vt in filio fenatoris placuit ante relegationem concepto. &c. d. l. 2. §. in filijs, de decur. in P.*

10 ¶ Verumtamen ¶ si decuriones, vel alij qui aliquod officium gerunt, in ipso officio deliquerint, veluti si decoctores sint pecuniarum publicarum, vel fraudulentum in adscriptionibus illicitis, vel immoderati in exactioe fuerint inuenti, etiam a iudicibus ordinarijs plumbatorum idibus subiciuntur. l. quilibet principalium, 40. de decurio. lib. 10. C. dum agitur criminaliter, cum ciuili iudicio alia patiuntur in iure enumerata, l. 2. de exactor. tribut. lib. 10. C. l. placet, de excus. muner. lib. 10. C. l. de hinc, de super exactor. tribut. eo. lib. 10. C. l. iudices, 12. de dignita. lib. 10. C.

11 ¶ Decuriones ¶ quoque ab extraordinarijs muneribus sunt immunes: quoniam satis onerantur, si ciuitatis munera congrue per eos gerantur, l. curiales omnium, 21. de decurio. lib. 10. C. l. humilioribus, de susceptor. eod. lib. 10. C. l. 2. de silentarijs, lib. 10. C. Quare nec ideo quod consulant ciuitati vel municipio, sunt cogendi, pretio viliori frumentum quod annonae temporalis est, patris suae praestare, Paul. l. decuriones, 6. de admistr. rer. ad ciuitat. pertin. lib. 50. P. tit. 8. l. non debere, ad municipal. eo. lib. 50. P.

12 ¶ Prohibetur ¶ decurionibus, ne perse, vel per subiectam perionam praedia publica seu ciuitatis conducant, vel colant, l. p. l. 2. §. quod quis, de admistr. rer. ad ciuit. pertin. lib. 50. P. tit. 8. l. curiales, 3. C. locati, l. si quis procuracionem, de decur. lib. 10. C. Succedentes tamen conductoribus recte conductiones retinent, l. decurio, 4. de decur. C. argul. militum, §. fin. de re militar. P. Item prohibetur vectigalia alia exercere, l. spiritus, 6. §. decurio, de decur. P. procuratores, l. si quis procuracionem, 34. de decurio. lib. 10. C. fideiussores mandatore seu locantium esse, d. l. curiales, neve tabelliones sint, l. vniuersis, 15. de decurio. lib. 10. C.

De Optionibus. Cap. 15.

1 Optiones qui dicitur inter decuriones.

1 Vatro ¶ l. 4. de lingua Latina, optiones ex decurionibus fluxisse sic notat, Itaque, inquit, primis singularum decuriarum, decuriones sunt dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Quos hi primo admistratos ipsi sibi adoptabant, optiones vocari ceperunt, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. De his loqui Caeares, Honorium & Theodosium, arbitror, dum aiunt in susceptoribus creandis, antiquam consuetudinem, quae de Irenarcha & optione est, obseruandam esse, in l. pen. de iur. sisc. lib. 10. C. tit. 1. Sic Theodosius & Valentinianus, curialibus subiungit optionem, tanquam apparitorem. Nisi forte, inquit, curialis aut apparitor, vel optio, vel actuaris, vel quilibet publici debui exactor siue compissor possessorum vel collarum habuerit cautionem. Et l. 3. de a. o. his publi. lib. 10. C. tit. 22. Scio quod diuersum sentiat in hac re Alciatus, d. l. penul. de iur. sisc. lib. 10. C. verum mihi videtur verior mea sententia. Firmat hanc eandem Sextus Pompeius in libris de verborum significatione: Optio, inquit, qui nunc dicitur, ante appellabatur accensus: is adiuor dabatur centurioni a tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint centurionibus permiffum est optare, & nomen ex facto sortitus est, &c. Et Paulus apud eundem Festum: Optio est optatio, sed in re militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum, quo facilius obeat publica ministeria. Et optionem, vt decurionatus & pontificatus dicitur. Aliud tamen, fenescense imperio, munus optionis fuit, de quo Vegetius lib. 2. de re militar. cap. 7. & Modestus.

- 1 Duumuir qui, & manus.
- 2 Consules, capitolini, & escheuini, duumuir municipales, eod. §. 5.
- 3 Duumuirorum municipalium el gendorum formula.
- 4 Duumuirorum municipalium annalis administratio.
- 5 Duumuir quando deposita administratione conueniuntur.
- 6 Et quando pro collegis, eod.
- 7 Duumuir & triumuir & decemuir Romanorum.
- 8 Duumuirorum capitalium munus.
- 9 Duumuir quinquennales, aditus sacri qui.
- 10 Decemuir Lacedaemonum.

A Ccurfus ¶ duumuiros praesse decurionibus tradit, Accurf. ¶ glo. 1. in l. generalis, 54. de decurio. lib. 10. C. Et in l. duumuirum, 53. eo. tit. Iustinianus similes municipales duumuiros defensoribus alijs locorum facere videtur, vt eandem habeant potestatem in municipio duumuir, ac defensores in alijs locis, in quibus constituantur, in l. si de iudicijs, lib. 3. C. tit. 1. Et duumuirum ordini decurionum etiam praesse, vel interesse aperte docet Papinianus, l. Imperatores, 28. ad municip. P. Et Paulus dum non nisi decurionem duumuirum creati posse tradit, in l. honores 7. §. is qui, de decur. in P. Hi, vt arbitror, magistratus municipales sunt, quos hodie eligi videmus in singulis municipijs, oppidis & ciuitatibus, qui alibi dicuntur consules, apud nos capitolini, Burdegale iurati, Lutetia escheuini. Et proinde illorum tractatio est vtilis, quod quotidiana sit & plenius attingenda, vt ait Paulus in similibus, l. legauit, de liberat. leg. in P. Duumuir municipales, a consilio decurionum seu burgenfium legitime congregato & conuocato, nominari debent, eaque electio seu nominatio ad nominatum per officialem publicum perferri debet, vt vel munus accipit vel prouocet, l. 2. de decur. lib. 10. C.

¶ Debet ¶ item nominatione rite facta per praesidem vel proconsulem, vel prouinciae iudicem confirmari. Idcirco, si constat sine ordine, nullo actu ex lege habito duumuirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum, eiusque tunc proconsulem, quod facere non debuit, consensisse, creatio nulla atque appellatio in re aperta, superuacua est, l. ipia in l. si confat, 12. de appell. lib. 49. P. tit. 1. l. nominationes, 27. eod. tit. de appellat. lib. 7. C. tit. 62. Sequenda in nominatione & electione horum nunc ciuitatum & oppidorum consuetudines, & leges municipales.

¶ Administratio ¶ horum, & magistratus annalis est, nisi ob pertinacia, quod munus hoc recipere subterfugerint, duplicetur in penam tempus, l. si ad magistratum, 11. de decurion. lib. 10. C. tit. 31. l. in honorarijs, 33. §. fin. de act. in P. Exemplo forsan consulum Romanorum, l. 2. exactis, de orig. iur. duumuir in alijs ciuitatibus annui, cum potestate in municipes, constituti & electi: sicuti & de decurionibus, consiliove publico ciuitatis, nempe ad exemplum Romanae ciuitatis senatus, delectos fuisse diximus. Nam & duumuir habent pro territorio, in quo factes suae iurisdictionis exercent, metas proprie ciuitatis tantum, l. duumuirum, 53. de decur. lib. 10. C. nisi alias iurisdictiones aliorum locorum priuilegio alio, vel iure alio, vt quilibet domini habent. Quemadmodum plerumque contigit ciuitatibus habere, vt Cadulcorum. ¶ Sed ¶ tamen & post annum pro administratione rerum ciuitatum, & in duumuiros, si non in vtilitatem ciuitatis gesserint, etfi bene, & in rempublicam datur actio ex contractu magistratum municipalium, l. in honorarijs, 33. §. fin. de action. lib. 44. P. tit. 7. vbi gl. distinguit, iuncta l. ciuitas, de reb. cred. in P. Si plures creantur duumuir, & illud potest adici creationi, vt multo periculo teneantur, quo vicarius damnis sint obstricti: alioquin antequam quis pro collega possit conueniri, eius nominator discutiendus esset, l. si ita duumuir, 3. quo quis ordine conuenia. lib. 11. C. tit. 35. ¶ Possemus ¶ forsan in municipijs duumuiros, ad imitationem tribunorum pleb. Romanorum inductos, dicere, in quorum locum, & forsan in frequentioribus ciuitatibus sunt quidam, qui in decuriones seu burgenfes, & ciues potestatem habent: vt Lutetia est, quem vocant Le preuost de Paris, Burdegale, le mere, Tholosa & alibi, vicatus dictus, le vignier. Qui & possent quoque dici aliquo modo defensores ciuitatum. Et hoc modo capitolini, escheuini, iurati, consules ciuitatum, non duumuir, sed magistratus potius alij erant municipales. ¶ Verum nec ignorandus ¶ est hanc duumuirorum appellationem & mutuatam quoque a generali formula Romanae ciuitatis, in cuius administrationis genere, & duumuir, & triumuir, & decemuir, & alterius numeri viri prepositi negotijs quibusdam certisve di-

